UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXXVIV. Der Rath zu Gardelegen errichtet eine Kürschner-Innung nach dem Vorbilde der zu Stendal bestehenden, am 3. Juni 1327.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54572

Visual Library

ſigillum de noſtra ſcientia eſt appenſum. Teſtes quoque ſunt Reuerendus pater, Dominus Heinricus Hauelbergenſis eccleſie Epiſcopus, nobilis vir Guntherus de Keuernberg et Luchow Comes, Barth. Scenko, Gherardus de Kerkhowe, Conradus de Oſterburg, Bartholomeus et Gunzelinus de Bertensleue, Broſeko pincerna, milites cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum in predicta ciuitate Gardelege anno domini M°. CCC. XIX°. feria quinta infra octauam beate Marie virginis natiuitatis.

Nach einer Copie des Altmärk. Vereins. — Gercken's Verm. Abh. III., 274. 275.

CXXVIII. Ritter, Vaſallen, Rathsherrn, Schöppen und alle Bürger des Landes und der Stadt Gardelegen vereinigen ſich mit den Ständen der übrigen Altmark zur Aufrechterhaltung rechtlicher Sicherheit, am 21. Dez. 1321.

— Nos milites et vaſalli in territorio Gardeleghe Scabini, Conſules totaque univerſitas burgenſium ejusdem ciuitatis coram omnibus preſencia viſuris ſiue eciam auſcultaturis recognoſcimus publice proteſtantes, quod cum honeſtis militibus et vaſallis in Aduocacia Stendal conſtitutis nec non cum eadem ciuitate Stendal et militaribus in Aduocacia Saltwedele nec non eadem ciuitate nec non reliquis civitatibus ſcilicet Tangermunde, Oſterborch, Sehuſen, Werben atque cum omnibus militaribus territoriis in jam dictis commorantibus compromiſimus et noſtris juramentis affirmauimus ſub hac forma uniformiter concordantes, Quod quicunque in his nunc prefixis ciuitatibus ſimiliter territoriis per ſe vellet eſſe violens judex, recuſans et renuens noſtra jura primordialia actenus ut exnunc et ab antiquo perconſeruata, volens manu et intendens ſemper judicare violenta videlicet rapinis incendiis captiuitatibus ſiue etiam violenciis aliis quibuscunque, debet eſſe proſcriptus in cunctis territoriis et ciuitatibus jam ſepius prenarratis, ita quod ad compoſitionem vel graciam non debeat recipi niſi fiat cum conſenſu prefixarum ciuitatum nec non territoriorum et bona voluntate. Hoc verumtamen interpoſito, ſi quisquam deprehenderetur ob hos nefarios aliquos exceſſus acquiri tenetur et debetur tribus militaribus vel quinque burgenſibus ſiue ſeptem villanis probis et irreprobatis. Vt autem hujusmodi ſupraſcripta rata et illibata permaneant et ne quisquam eisdem preſumat auſu temerario obuiare preſentibus ſigilla ciuitatis Gardelegen ac ſtrenuorum militum videlicet Domini Henninghi et Theodorici de Santersleuen et cetera ſunt appenſa in ſufficiens argumentum. Actum et Datum anno Domini M°. CCC°. XXI°. in die beati Thome apoſtoli.

Gercken's Dipl. II., 588. 589.

CXXVIV. Der Rath zu Gardelegen errichtet eine Kürſchner-Innung nach dem Vorbilde der zu Stendal beſtehenden, am 3. Juni 1327.

— Nos Conſules vniuerſi Ciuitatis Gardeleue in marchia omnibus preſencia viſuris etc. — ad notitiam deferimus — nos — noſtris ciuibus ſcilicet pellificibus nobis dilectis — fraternitatem que jnninghe dicitur in wlgari tali jure, vt infra declarabitur, condonaſſe, Quod nulli hominum officium

pellificum in noſtra Ciuitate liceat exercere, niſi antea conſortium ciuile quod buiſchap dicitur a dominis conſulibus ſit adeptus et fraternitatem pellificum habeat ſicut et ipſi. Et ſi vllus burgenſium ſue vxori vel filie par veſtium decreuerit operari, tum erit licitum operari. Qui autem militi vel armigero vel eciam ad vendendum vellet operari, ciuilitatem primo acquirere debet et eorum fraternitatem etc. etc. — Anno dom. M°. CCC°. XXVII° in commemoracione ſancti pauli. Huius litere copiam nos conſules ciuitatis gardelege accepimus a conſulibus in Stendal vt quemadmodum ipſorum pellifices ſua ſtatuta teneant et obſeruent. Tunc conſules fuerunt Hanco knyf, nycolaus de kony . . . . . . Gerbertus, hinricus Spolhouel, Ecbertus, hinricus nyendorp, Johannes Thakerus, Conradus de Jedyz, Jacobus de . . . ., fridericus de Gudenſweghe, Henningus Caluis, hinricus Egghelkini.

Nach dem Originale im Stadtarchive.

CXXX. Ritter Bartold Schenke vereignet einem Altare zu Gardelegen 6 Winſpel Roggen jährlicher Hebung aus dem Dorfe Moſe, am 18. März 1330.

In nomine domini amen. We bartolt ſchenke be kennen allen luden, dye diſſen ieghenwerdeghen brif be ſcowen, dye dy nu ſint vnde noch komen ſcolen, Dat we heben gheuen ſes wiſchepele roghen alle jar op tu nemene, de we hadden in deme dorp tu moſe mit dem egene tu eynen altere (ſic) in vnſer vrowen kerken tu gardelege, Dorch daž dat man dar alle taghe eyne miſſen ſighe (ſic) tu loue vnd eren vnſeme herèn gode vnd ſinen hylghen: vnd welkeme heren de alter leghen wert, Deme ſcal men gheuen de ſes wiſchepele roghen ut deme vorgenomeden dorpe in den tyden vnde alſo, alſe man dat ſelue korn vns plach to gheuene. Tho einer be tughinghe vnd tu tho (ſic) einer veſtinghe aller diſſer dinghe, So hebbe we vorbenomede Bartolt ſchenke vnſe ingeheſegel ghehenghet tho diſſeme ieghenwerdeghen breue. Des ſin tughe de crafteghen lude her hennig van ſanterſleue, her Rolef von ronſtede reddere vnde de ratmanne tho gardelege vnde de eraftegen lute Hinric morinc, hennig van ſadenbec, Ghereke van egerſbuy. Diſſe brif is ghe gheuen an den iaren von vnſes heren godes bort duſent iar druhundert iar an deme dretygeden iare, in deme ſondaghe letare.

Nach dem Originale des Bresl. Univ.-Archives.

CXXXI. Der Rath zu Gardelegen verkauft die Scharren den Schlächtern, am 11. Nov. 1335.

— Nos Conſules ciuitatis gardeleghe — vendidimus pro XXX marcis arg. ſtend. et ponderis dilectis noſtris burgenſibus carnificibus ac ipſorum veris heredibus XXII macella carnium, que olym ciuitatis fuerunt propria, ad que eciam numquam plura edificabimus, debito hereditatis tytulo iugiter poſſidenda, Platea pertranſeunte duntaxat excepta, que manebit ciuitatis libera ſicut prius. Carnifices eciam macella reparent, emendent decetero et corrigant, de quo ciuitas amplius abſoluetur. Preterea ſuper murum macellis annexum, qui reſpicit theatrum, edificare et ſtruere poterimus, dummodo macellis non noceat, quitcunque pro vſu fuerit ciuitatis. Inſuper cuicunque reſignabitur macellum, ſiue na-